

vij<sup>m</sup> cccc<sup>o</sup> xl insule.

insula mançi uocatur çin Et istud mare çin quod est in leuante est tam longum & latum quod sapientes pedote & marinarij qui per ipsum nauigant & ueritatem cognoscunt dicunt quod sunt in eo septem milia quadri[n]gente & quadraginte insule que pro maiori parte habitate sunt. & in omnibus illis insulis non nascitur arbor de qua non prodeat magnus odor & bonus. sunt ibi multe species de pluribus maneriebus & diuersis. In istis etiam insulis nascitur in habundantia piper album & nigrum non posset quod proferi ualor auri & aliarum rerum que in insulis istis 59<sup>o</sup> sunt set sunt ita a terra firma longinque quod cum magno tedio nauigatur ad ipsas. Et quando naues çaitum uel Qinsay uadunt illuc magnum consequuntur profectum & lucrum set per anum continuant perficere iter suum Nam proficiscuntur in hyeme & reiterant in estate. quoniam habent solum de duabus maneriebus uentos/ quorum unus regnat in estate alter in hyeme. ita quod cum uno portantur & cum alio reducuntur. Et ista contrata multum ab yndia distat Et quia uobis diximus quod mare hoc çin nuncupatur tamen uolumus uos scire. quod hoc mare oceanum est set quemadmodum nos dicimus mare anglicum & mare egeum. sic dicunt ipsi mare cin & mare indum. set omnia ista nomina sub mari oceano continentur Admodo de hac patria & insulis dimitentes quia nimis deuia loca sunt nec dominium magnj can habetur in ipsis reuertemur ad çaitum :—

/Hic naratur de contrata çamba :—

**C**vm disceditur a portu çaitum nauigatur per ponentem aliquantulum uersus garbin mille quingentis miliaribus transeundo quemdam magnum gulfum nomine cheynam qui gulfus durat in longum per dietas duorum mensium nauigando uersus partem tramontane. qui per totum uersus syrocom confinat cum prouincia mançi ab alia uero parte cum Amu & toloman etiam multis alijs prouincijs cum istis superius nominatis per intra ipsum gulfum sunt insule infinite que quasi omnes habitantur & inuenitur in ipsis multitudo auri de paliola 59<sup>o</sup> quod recoligitur de aqua maris inuenitur & multitudo eris siue rami & aliarum rerum & mercantur inter se de hijs que reperiuntur in una insula & non in alia. mercatur & cum illis de terra firma nam uendunt eis aurum ramum. Et alia. & ab eis sibi recomperant oportuna. nascitur bladum multum in maiori parte earum. Jste gulfus tantus est & tot habitant gentes in eo. quod quasi mundus unus uidetur. Modo reuertamur ad tractatum primum uidelicet quod cum discedendo a çaitum transnauigatum est pareçium istius gulfi ut dictum est superius miliaribus mille & quingentis inuenitur quedam contrata nomine Çamba que multum diues est & magne continentie. Regitur a rege & gentes per se loquelam habent adorant ydola & redunt tributum magno can de elephantibus & ligno aloë singulis anis. Et narabimus uobis qualiter & quare Accidit enim quod magnus can quemdam suum baronem transmisit nomine sogatu cum multis equitibus & peditibus ad

adorant ydola